



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

II. De Sacramentis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)



INSTITUTIONUM  
JURIS CANONICI  
LIBER SECUNDUS.

DE RERUM DIVISIONE, ATQUE ILLARUM  
ADMINISTRATIONE.

TITULUS PRIMUS.

Res Ecclesiasticæ sunt aut spirituales, aut temporales. hoc dicit.

**S**uperiore libro de jure personarum exposuimus: modò videamus de rebus Ecclesiasticis, illarumq; tractatione, & administratione. Summa rerù Ecclesiasticarum divisio in duos articulos deducitur: nam aut spirituales sunt, aut temporales. Spirituales sunt, quæ spiritui deserviunt, atq; animæ causa sunt institutæ: ut Sacramenta Ecclesiæ, altarìa, & his similia. Temporales sunt, quæ non tam spiritus, quàm corporis gratia pro Ecclesiasticis ministris, sacrorumq; ministrorum usu sunt comparatæ: ut sunt, prædià, domus, & fructus decimales.

*Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales: & corporales dividuntur in Sacramenta, in res sacras, sanctas & religiosas. h. d.*  
**R**es spirituales quædam sunt incorporales, quædam vero corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, & dona Dei, aut quæ in jure consistunt. Corporales sunt, quæ tangi & humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta, quædam sacra sunt, & sancta, quædam religiosa. Videamus igitur nunc de spiritualibus: & quidem incorporales, cum de his tam supra oportunitis locis loquuti fuerimus, quàm etiam infra suo tempore dicuri sumus, specialem tractatum minime exigunt: itaq; tractemus jam de corporalibus, ac primùm de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis, consequenter etiam loquuturi: ac demùm de rebus temporalibus, atq; illarum administratione.

DE SACRAMENTIS.  
TITVLVS II.

Quid sit Sacramentum. h. d.

**S**acramentum a, est invisibilis gratiæ visibilis forma, ita quòd ejus similitudinem gerens & causa existat.  
*Sacramentis quædam necessaria sunt, quædam voluntaria. h. d.*  
**S**acramentorum summa divisio hæc est b, quòd aut sunt necessaria, aut voluntaria. Necessaria sunt, quæ sine interitu salutis æternæ prætermitti & contemni non possunt: ut sunt, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, extrema Unctio: quæ omnia ad particularem ejusq; profectum sunt principaliter instituta. Volun-

taria sunt, quæ sine salutis dispendio, pro cuiuslibet recipi possunt, & refutari: quales sunt, Ordo, lictio, Monachionium: & hæc ad totius Ecclesiæ profectum & fidium principaliter pertinent.

*Necessarium Sacramentum quædam deferunt ad ipsam Ecclesiã, quædam ad progressum in Ecclesiã, quædam ad ipsam ab Ecclesiã. h. d.*

**E**t rursus necessarium quædam ad ingressum Ecclesiæ sunt comparata, ut Baptismus: quædam ad progressum in Ecclesiã, ut Confirmatio, Pœnitentia, lictio: quædam ad egressum ab Ecclesiã, ut profectum interitum imprimunt, quæ iterum non possunt: quædam oportet, quæ iterum admittunt. h. d.

**R**es spirituales quædam sunt incorporales, quædam vero corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, & dona Dei, aut quæ in jure consistunt. Corporales sunt, quæ tangi & humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta, quædam sacra sunt, & sancta, quædam religiosa. Videamus igitur nunc de spiritualibus: & quidem incorporales, cum de his tam supra oportunitis locis loquuti fuerimus, quàm etiam infra suo tempore dicuri sumus, specialem tractatum minime exigunt: itaq; tractemus jam de corporalibus, ac primùm de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis, consequenter etiam loquuturi: ac demùm de rebus temporalibus, atq; illarum administratione.

*Sacramenta consistunt elementis & verbis. h. d.*  
**C**onstant autem Sacramenta elementis & verbis. Elementum hic accipimus, quicquid sub visibili specie, invisibilem gratiam designat & continet. Verbum autem forma visibilis efficaciam exprimit: ergo accipitur verbo ad elementum, sacramentum fieri.

*Non Ecclesiã, sed Christum constituit Sacramenta, qualem docentur Ecclesiã, quia illa per ea sanctificatur, & de ministerio. h. d.*  
**I**llud quoque icire nos oportet, quòd non tantum ab ipso Domino influente Sacramento vim, sed etiam ab ipso Ecclesiæ Sacramento nuncupamus, ut quòd per ea sanctificata, & coelesti sponso coniuncta sunt, tum, quòd illorum dispendio non caritatis sit ministerio.

*Etiam malus minister, & hæreticus potest ministrare sacramenta. hoc dicit.*

**E**rgo a qui baptizat, qui absolvit, & in aliis Sacramentis divinitus operatur, Dominus est: ministrus vero Ecclesiæ in conscientis facris mysteriis, vel aliis sanctis, præter nudum ministerium nihil aliud adhibere valet, cum non propriam, sed eius qui Sacramentum instituit, personam referant, nec ulla ex ipsius sanctificatione virtus manet. Unde, quamquam eo iure iuramento decet, si tamen mali sint, vel à catholice communione se juncti, nihilominus & conficere Sacramenta. h.

a Can. sacrificium. de conf. dist. 2. b Can. inmissum. 6. sed notandum. i. q. 1. c. 1. s. veniens. extr. de transmissio.

a Can. abbas est. & can. seq. de conficere. dist. 4.



difficile poterunt, veluti enim per lapideos canales ad arcolas aqua transfunditur, & solis radii per loca feri-

diffusa transientes, nulla contractus maculatione contaminantur: sic multo magis Sacramenta nulla ministerio

fructu commulantur.

*Spirituales potestas exerceri sine fide potest, sed non sine intentione Ecclesie. h. d.*

**H**ocamen sic intelligi oportet, si tales ministri intentionem Ecclesie concordem habeant. Ceterum si aliud agere intendant, pura facris illudere mysteriis, vel aliud, quod Ecclesie non consentiat, nihil agitur: sine fide enim spiritualis potestas exerceri quidem potest, sine Ecclesie intentione non potest. His circa Sacramenta generaliter cognitis, exordiamur aunc de singulis etiam specialiter dicere: & quia baptismus fundamentum a est & ianua ceterorum, merito ab eo principatum sumamus.

DE BAPTISMO, ET EIUS EFFECTU. TITVLVS III.

*Baptismus operatur animae abluitionem, & in locum circumcisio-*

*nis instituitur. h. d.*

**B**aptismus est ablutio corporis exterior, qua, adhibita certa verborum forma, interiori emendationem designat: & operatur. Veluti cum circumcisio in populo e Dei, in fidei iustitiaque signum instituta, ad significationem purgationis originalis veterisq; peccati parvulis valebat: sic & baptismus ad hominis innovationem valere coepit.

*Loco in baptismo plena contrahit peccatorum remissio, non tamen omnino plena novitas. h. d.*

**N**on tamen ex quo quisque baptizatus, statim etiam in eo omnis vetus infirmitas abluuntur, sed renovatio remissionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam & operationem spiritualium: cetera vero sunt in sepe, donec compleantur, quod erit in resurrectionis tempore. Quamvis ergo in baptismate plena fiat peccatorum remissio, non propterea plena novitas & mutatio contingit.

*Cura baptizandi ad filios sacerdotis spectat, sed ex causa necessitatis quilibet potest baptizare. h. d.*

**B**aptizandi autem cura ad solos sacerdotes pertinet, eiusque ministerium nec ipsi diaconis explere permittitur, absque Episcopo vel presbytero: nisi his procul absentibus, ultima languoris cogat necessitas: quo casu & laicis fidelibus, atq; ipsis mulieribus e baptizare permittitur. Presbyter vero, cuius negligentia commissum est, ut quis sine baptismate ex humanis exceperit, deponendus erit f.

*Baptizati ab haereticis, schismaticis, pagani, vel aliis facinorosis, non sunt deinde rebaptizandi. h. d.*

**E**d & si qui ab haereticis sive schismaticis, vel etiam pagani, aut alias facinorosis baptizati fuerint, quasi baptizati non fuerint, iterum baptizati non debent. Antiqua b tamen patrum induxit institutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad sanctam Ecclesiam redierint, aut unctioe chrismatis, aut sola professione fidei, ad sinum matris Ecclesiae reocententur.

*Quem baptismum baptizare potest. h. d.*

**S**ed si quaquam baptismus ab haereticis, schismaticis vel pagani susceptus valeat, ipsum tamen se baptizare nemo poterit: sicut enim in carnali generatione, quae proles ex vivo & femina nascitur, alius est qui carnali-

tergignit, alius qui gignitur: sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua & spiritu sancto renascitur, alius debet esse qui spiritualiter generet, alius qui generetur. Unde de iudaeo, qui in mortis articulo constitutus, in aquam seipsum immergendo dixerat, Ego me baptizet in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, responsum est, deinde ab alio illum baptizandum esse, ut ostendatur, quod alius est qui baptizatur, alius qui baptizat: quamvis si talis continuo decessisset, protinus ad patrem evolasset, non propter fidei sacramentum, sed propter sacramenti fidem.

*Baptismus alius fluminis, alius fluminis, alius sanguinis. h. d.*

**Q**uod quidem & de illo recte creditur, qui visibiliter non baptizatus martyrii lubit sacramentum. Baptismus enim invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Unde scit a scriptum a quibusdam reperitur, baptismum alium esse fluminis, alium fluminis, alium vero sanguinis: cum baptismi virtus & efficacia, non tam ablutio b corporis, quam fide cordis continetur: & aliud sit per ministerium baptizare a, quod sacerdos exequitur: aliud per potestatem, quam Dominus non usque aded sacramentis adiungit, ut sine illis eorumdem gratiam tribuere non possit.

*Parvuli baptizantur in fide parentum, & Ecclesie, & non debent minus esse virtus baptismi, quam in circumcisione. h. d.*

**N**on tamen, quia fide cordis baptismi virtus continetur, ideo minus parvulos d, qui credere ob statem non possunt, unda salutatis abluit, cum & ii, non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismate, credere non male credentur, & in fide parentum e & Ecclesie, alio proficiente, baptizati, ob fidei sacramentum recte fideles dici possunt: & cum circumcisio f tam adultis, quam parvulis ex precepto Domini conferretur, ne baptismus, qui succedit in locum ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri, quam feminae baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quam parvulis est conferendus.

*Tanta mater, quam filius, in ipso articulo parturienti, possunt separatum baptizari, nec ob id creditur baptismus iteratus. h. d.*

**T**anta quoque cuius mater vel praegnans, vel in ipsa hora qua parturit, mortis urgente periculo, baptismi gratiam perceperit, baptizari poterit, nec propterea bis baptizatus reputabitur: cum utique ad maternum corpus, cum esse in utero, pertineret: nec tibi regeneratio reperiri possit, ubi generatio non praecessit, nec in hoc infanti, qui nascitur, aliquid mater participat, cum unicusque sua propria voluntas in confessione sit attendenda.

*Muti, surdi, & agrotantes baptizari possunt. h. d.*

**M**uti quoque b & surdi, seu agrotantes qui pro se respondere non possunt, alius pro se proficientibus, recte baptizari poterunt.

*Dormientes & amentes, si ante formum & amentiam habuerint propositum baptizandi, baptizari possunt. h. d.*

**D**e dormientibus i & amentibus quaesitum est, & plane si prius quam dormirent, aut amentiam incurerent, non baptizandi propositum haberent, quia in eis eadem perdurae voluntas intelligitur, si sic immergi fuerint, characterem sacramenti non suscipiunt: secus autem, si prius catechumeni extitissent, & baptizandi propositum habuissent: tales enim in necessitatis articulo baptizare conluevit Ecclesia. Tunc ergo characterem

a Gl. i. in sum. de conf. dist. 4. b Can. verus bapti. d. dist. 4. c Can. alius est. d. dist. 4. d Cap. majores. in fine prin. ext. eod. e Can. illud. & can. seq. vers. parvuli. de consecr. distinction. 4. f Can. majores. s. cum ergo. ext. eod. g Can. si ad matrem. & can. seq. de conf. dist. 4. h Can. parvuli. alio. & can. seq. dist. 4. de conse. i Cap. majores. in fine, ext. eod. B B b b 4

a Veniens. ext. de presb. non baptiza. b Gl. i. in sum. de conf. dist. 4. c Can. ex qua. dist. 4. de conf. d Can. constat. de conf. dist. 4. e Can. an. uxor. d. dist. 4. de consec. f Can. quicumque. d. dist. 4. g Can. si ab haereticis. & can. seq. de consec. dist. 4. h Can. ab antiqua. d. dist. 4. i C. debitum. ext. eod.